

*Ad Danuvium non longe a Boljetin Serbiae, tres tituli in viva rupe incisi (III 1698 Mommsen vidit ectypa). — 1) A. 53, 54. — 2) Hae sunt duae legiones, quae, teste Tacito ann. 4, 5, Tiberii temporibus Moesiam tutabantur. Temporibus Neronis utraque missa est in Armeniam (Tac. ann. 15, 6. 7. 26, cf. etiam N. 1005 not. 2).*

**2282** Ti. Claudius Caesar | Aug. Germanic. pont. | maximus, trib. potest. VII<sup>1</sup>, | cos. [J]V<sup>2</sup>, imp. XV, p. p., censor. | Leg. III et leg. XXII<sup>3</sup>, | Cn. Vergil[i]o Capitone praef.<sup>4</sup>

*In Aegypto loco dicto Aqfahas (III 6024 semel descripta). — 1) A. 47/8. — 2) cos. V traditur. — 3) Legiones sunt tertia Cyrenaica et XXII Deiotariana (cf. supra N. 2247. 2274); nota cognomina non adscribi quamquam erant eo tempore legiones tertiae tres (Mo.). — 4) Praefectus Aegypti notus etiam ex C. I. Gr. 4956. Successerat C. Iulio Postumo ipso anno 47/8 (cf. supra N. 210).*

**2283**leg. IIII Mac.<sup>1</sup>

<i>caput bovis</i>	<i>caput capri</i>
M. Vinicio	Tauro Stat[ili]o
II,	Corvino [co]s. <sup>2</sup> ,
C. Vibio Ruf	ino leg. <sup>3</sup> ,
C. Horatio . . . . .	o princ. p[raet]. <sup>4</sup>

*Prope Cremonam rep. a. 1887, tabula aenea, arculae lignae olim ut videtur integumentum (Barnabei Notizie 1887 p. 209 cf. Mommsen Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 7, 1888 p. 56; Cagnat revue arch. 11, 1888 p. 51). — 1) Cremonam venisse arcula putanda est ex Germania superiore a. 69 cum legione quarta Macedonica, ibi relicta esse post proelium Cremonense, quo legio illa a Flavianis fusa fugataque est (Tac. hist. 2, 22 seq.). — 2) A. 43. — 3) C. Vibius Rufinus legatus pro praetore Germaniae superioris fuit etiam a. 45 (titulus Moguntiacensis, ap. Klein mus. Rhen. 1880 p. 154). — 4) Supplevit Mommsen. De principe praetorii, inter centuriones legionis post primum pilum honoratissimo, ad quem prope omnia quae ordinanda erant in legione pertinuisse ait Vegetius 2, 8, cf. Mo. eph. ep. 4 p. 252.*

**2284** . . . [militi leg.] | IIII Mac., | ann. XXV | stip. II, | vexillari | leg. trium | leg. IIII Mac., | leg. XXI Rap., | leg. XXII Pri.<sup>1</sup>, | p. d. s.<sup>2</sup>

*Veleiae rep., est Parmae (XI 1196 vidit Bormann). — 1) Est titulus sepulchralis militis Vitelliani ex legione quarta Macedonica, a. 69 in proeliis circa Placentiam commissis (Tac. hist. 2, 12 seq.) occisi; titulum posuerunt commilitones eius ex tribus legionibus Germaniae superioris (cf. supra N. 2248. 2275. 2276). — 2) Posuerunt de suo.*

**2285** vexil. legionum | I VIII XI XIII XXI.

*Tegulae repertae in finibus Lingonum prope Dijon loco dicto Mirebeau-sur-Bèze (Mowat Bull. épigraphique 5, 1885 p. 225, 4 p. 66, cf. Mommsen Herm. 19 p. 459). Eo ipso loco prodierunt etiam tegulae inscriptae leg. VIII Aug. L. Appio leg., de quibus supra N. 1066 not. 2, factae aetate Domitiani. Has quoque sub eodem imperatore factas esse, cum ad quattuor legiones exercitus Germaniae superioris, primam Adiutricem, octavam Augustam, undecimam Claudiam, quartamdecimam Geminam belli Germanici gerendi causa legio XXI Rapae ex Germania inferiore adiecta esset — id quod ipsum nititur coniectura, sed satis probabili — coniecit Ritterling de legione decima Gemina p. 75; factas esse anno 69 putaverunt Mowat et Mommsen.*